



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Denunciationis Form. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Sententiæ Declaratoriæ.

F O R M U L A VII.

Visa judiciali monitione, requisitoria legitimè exequita contra Judicem N.& N. Notarium illius Actuarium, & N. Carcerum laicalium Custodem, ad remittendum ad nos, & tribunal nostrum infra..... Clericum N. nulliter, & sacrilegè per eos in dd. suis Carceribus detentum sub pœna publicæ denunciationis excommunicationis majoris incurse, visaque, & attenta eorum damnabili contumacia in Parendo, dicimus, & declaramus, memoratos Judicem N. Actuarium ejus N.& N. Custodem Carcerum, incurrisse excommunicationem majorem contentam in cap. si quis suadente 17. quest. 4. & in cap. nullus Judicem de for. comp. in Bulla Cœnæ canon. 19. & in aliis Constit. Apostolicis, & sic Summo Pontifici reservatam: & propterea esse publicè declarandos, & denunciandos, prout per affixionem Cedulonum denunciari volumus, & mandamus.

N. Vic. Gen.

N. Actuarius.

S U M M A R I U M .

- * Qui latitat, & subterfugit citari, habetur procitato.
- Judex laicus, qui Clericum distinguit censuras plures à Sac. Canonibus inflatis ipso jure incurrit, & num. 9.
- 3 Judex laicus non remittens suo Judicii Clericum carceratum graviter peccat, non obstante gravitate delicti.
- 4 Judex laicus est incapax jurisdictio-

- nis spiritualis, & ideo illam praescribere non valet.
- 5 Etiam in Crimine Assassinii.
- 6 Judex, qui ob graves respectus Clericum carceratum Judici suo tradere recusat, debet saltem declarare illum retinere ad dispositionem Episcopi.
- 7 Rigor juris in quibus casibus tempetur ostenditur.
- 8 Judex laicus potest dimittere Clericum detentum innocentem absque eo quod teneatur illum remittere suo Judici.

Denunciationis Excommunicationis.

F O R M U L A VIII.

Hic auctoritate Ordinaria denunciantur, & declarantur excommunicati excommunicatione majori S. S. D.N. Pape reservata N. Judex N. Laicus, N. ejus Actuarius, & N. Carcerum Custos; ex eo quia per nos judicialiter moniti, & requisiti ad excarcerandum, & remittendum, ad nos, & nostrum Tribunal, Clericum N. in carceribus laicis injustè, & sacrilegè detentum, illum remittere, prout juris est, & obediare noluerunt. Ut igitur ab omnibus vitentur, & præsentes publicari jussimus: & tamdiu tanquam Sacrorum Canonum, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiæ violatores, & perturbatores excommunicati existant, donec d. Clerici libera, & honesta dimissione, & ad Cu-

Curiam nostram remissione sequuta, meruerint à Sede Apostolica absolutio-
nem obtinere: Datum &c.

V E L

CON autorità ordinaria si dichiarano, e denunciano scommunicati discom-
munica maggiore riservata al Sommo Pontefice, N. Giudice laico, N.
Notario Attuario, & N. Custode delle Carceri: perchè richiesti da noi con in-
terpellazione giudiciale, à rimettere al nostro Tribunale il Chierico N. carcerato,
e ritenuto da essi Sacrilegamente nelle loro Carceri (come è di ragione)
non hanno come dovevano, e voluto rimetterlo, nè ubbidire. Acciochè dun-
que siano da tutti fuggiti, & evitati, si sono pubblicati i presenti Cedoloni: & i
sopra detti come violatori de Sagri Canoni, & usurpatori della giurisdizione
della Chiesa, staranno così scommunicati; cioè privi del consorzio de fedeli,
de Santi Sagramenti, de i Suffragi, & orazioni della Chiesa, e privi della sepul-
tura Ecclesiastica in caso di morte, fin tanto che non haveranno ubbidito, e so-
disfatto alla Chiesa, & ottenuto dalla Sede Apostolica l'affollutione. Data &c.

N. Vic. Gen.

Luogo  del Sigillo.

N. Attuario.

AD NOTATI O N E S.

1 VISA JUDICIALI MONITIONE.
Formulam hujus monitionis jam
dedi in par. 2. tit. 1. c. form. 8. quæ si perso-
naliter exequi non posset, ut potè quia Ju-
dex Nuncium non admitteret, vel alio
modo subterfugeret citationem persona-
lem; puta auxilio potestatis laicalis, suf-
ficit, quod fiat ad domum solitæ residen-
tiæ dimissa copia, vel etiam per edictum
affigendum ad valvas d. Domus, ut tra-
dunt relati à Sperell. dec. 48. n. 34. & plu-
rib. seqq. hic enim habetur pro citato, per
text. in c. quoniam frequenter §. Porrò verb.
impedit ut lit. non contest.

2 Sub pena denunciationis excommun. in-
cursæ. Judex enim qui personaliter Cleri-
cum distingit incurrit ipso facto excom-
municationem nostri textus: nam eti
nonnulli DD. quos refert, & sequitur.
Barb. in eod. c. nullus teneant, quod hæc
censura non sit latæ, sed ferendæ senten-
tiæ: verior tamen sententia est, quod ipso
jure incurritur, quia ita per alium text.
in c. nuper 29. de sent. excom. expresse de-
claratur, ut bene advertit Pirhing. in jus
can. lib. 2. tit. 2. num. 82. notab. 3. cum quo

Monacelli Form. Pars III.

convenit Fagnan. in d. c. nullus num. 13. Et
præter hanc censuram incurrit alteram
can. si quis suadente Fagn. ibi n. 12. Grass.
de effect. Cleric. effect. 1. n. 221. Guazz. jun.
ad defens. anim. lib. 2. defens. 1. c. 13. n. 90.
& alii à me allegati d. par. 2. annot. ad d.
form. 8. n. 6. Item incurrit etiam censu-
ram Bullæ Cœnæ, non ambiguit, ut
clare demonstrat Fagnan. in d. cap. nullus
n. 14. de for. comp.

Damnabili contumacia. Debet enim
Judex laicus constituto quod carceratus est
Clericus, statim illum remittere ad suum
Judicem, alias graviter peccat, Grass.
de effect. cler. effect. 1. numer. 334. Bellett.
disq. cleric. de favor. person. §. 12. num. 7.
& hoc patet ex eo, quod si non pecca-
ret, tot censuras non incurriteret, cum
excommunicatione non feratur ab Eccle-
sia sine culpa mortali. Neque excusat
Judex propter gravitatem delicti à Cle-
rico carcerato commissi: quia pro quo-
cunque criminis, etiam enormi, & gra-
vissimo non est sibi subjectus: & sicuti
non potest illum judicare, ita nec reti-
nere, nisi in casibus jure expressis in cap.
cum non ab homine de judic. & in cap. per-
pendimus de sent. excomm. non obstante

E qua-

4 quacunque prætensa consuetudine, si ea sola sit, & nullo titulo, seu privilegio saltem præsumpto Sedis Apostolice adjuvetur, tum quia hoc secluso, laicus Judex est incapax jurisdictionis Spiritualis, & consequenter nunquam eam præscribere potest, cum incapax possidendi, sit incapax præscribendi, c. causam de præscript. tum quia talis consuetudo est contra libertatem Ecclesiasticam, & est irrationabilis, ac invalida, cui sacri canones semper resistunt, ita ut nunquam præscribi possit, ut latè ostendit Pirhing. in jus can. lib. 2. tit. 2. à n. 81. ad n. 86.

5 Quod procedit, & ampliatur etiam in crimen Assassinii, pro quo si clericus reperiatur carceratus per Judicem laicum, remitti oportet ad suum Judicem, qui debet ferre sententiam declaratoriam super facto, idest, quod Clericus commiserit assassinum, ut in puncto tenet Fagnan. in cap. contingit il. 2. de sent. ex-com. num. 21. 22. & 23. Nec obstat plurimum DD. opinio, quod Clerici committentes crimen assassinii ipso facto permanent depositionis, etiam ab ordine statim incurvant, & ammittant omne privilegium clericale, ita ut possint capi, & puniri per Judicem laicum vigore text. in cap. 1. de homicid. in 6. quia sententiam communis Canonistarum tenet, per hunc textum, Clericum de criminis assassinii culpatum, non ammittere ipso iure privilegium clericale, sed præcedere debere sententiam declaratoria JUDICIS ECCLESIASTICI, adhuc ut Judex laicus illum capere, & punire possit, Bellet. disq. cler. de favor. person. §. 7. num. 6. Barb. in d. c. 1. de homic. in 6. num. 14. Pirhing. in jus can. loco supra citato n. 26. Passerin. in dict. c. 1. de homic. in 6. num. 9. ubi sic ait -- Nec iste Clericus sic depositus ex vi assassinii potest a Judice seculari capi, & puniri ex vi talis depositionis, sed necessaria est prius sententia declaratoria JUDICIS ECCLESIASTICI, Ec. Vulpin. Succ. Farinac. part. de inquisit. quest. 8. numer. 28. ex hac Criminalistarum lucerna haec habet -- Clericus assassinus potest a Judice seculari puniri, etiam absque ulla degradatione, dummodo de assassinio constet, & ubi assassinus fuerit ab ECCLESIASTICO Ju-

dice bannitus, diffidatus, & condemnatus.

Verum enim verò, si Judex laicus Clericum delinquentem in carceribus suis detentum, Judici Ecclesiastico requirenti remittere recusat ob aliquos graves respectus, & Episcopus prudentialibus motivis adactus ad publicationem Censurarum (ne eveniant majora scandala) trepidet devenire: tunc saltem omnino curare debet, ut Judex præfatus scripto declarat, illum retinere nomine, & ad dispositionem ipsius Episcopi, certiorata super hoc Sacr. Congr. & monitis paternaliter Judicibus, & Officialibus de censuris incursis, prout dixi in par. 2. tit. 15. for. 8. nam rigor juris aliquando temperatur ratione locutum, aliquando ratione Causæ, aliquando ratione personæ, ut docet, & monet gloss. in c. puerit 60. verb. rigor. de sent. excom. ac etiam quando Prælatus videt excommunicationis medicinam non esse infirmo profutram, c. duo diff. 13. Si verò ipsi Judici laico constet, quod Clericus, quem detinet carceratum, est innocens delicti, pro quo reperitur in carceribus, tunc potest illum liberum demittere absque eo quod teneatur eum tradere Judici suo, Grass. de effect. cleric. eff. 1. num. 1285.

Et in aliis Constitut. Apostolicis. Idest Honori III. Conf. 1. Bullar. tom. 1. p. 43. 9 in qua confirmat legem Fiderici II. Imperatoris pro immunitate, & libertate Ecclesiastica emanatam, Bonifacii IX. Conf. 4. eod. tom. 1. pag. 232. Martini V. Conf. 10. eod. tom. 1. part. 261. Leonis X. Conf. 7. §. 40. p. 478. & Conf. 10. §. 11. pag. 483. Pauli V. Conf. 63. tom. 3. §. 19. pag. 252. in quibus Judices laici perturbantes jurisdictionem Ecclesiæ, & personas Ecclesiasticas capientes excommunicatione majori Papæ reservata feriuntur.

De excommunicatione contenta in cap. Administratores 23. quest. 5.

Judices, & Magistratus laici per hunc text. & per alia iura a me allegata par. 2. tit. 15. form. 9. numer. 7. requisiti à Judice Ec-

Ecclesiastico , tenentur præstare bracchium sacerdotale pro exequitione sententiarum , & mandatorum ejus , quod si illud judicialiter deinde moniti concedere neglexerint , potest Episcopus , sive aliquis Judex Ecclesiasticus , qui habet jurisdictionem excommunicandi , il-

los à communione Ecclesiæ repellere , & excommunicare . Unde si detur causus denegationis , & Episcopus judice expedire hoc remedio uti , & eos ita compellere , factis monitionibus , devinit ad declaratoriam modo sequenti.

Sententiæ Declaratoriæ.

F O R M U L A I X.

Visa requisitione implorationis auxiliū brachii sacerdotales Judici N. nomine nostro honorifice facta de , & super exequitione sententiæ (seu manda- ti) per nos judicialiter latæ contra N. de crimine processato , convicto , & ser- fer. condemnato : visis monitionibus deinde contra eundem Judicem renitentem , ad præstandum d. auxilium cum præfixione termini , & comminatione excom- municationis , legitimè exequitis , & nihil relevans : quod eum excusare possit deducto , & attenta ejus culpabili negligentia , & contumacia in re gravi propter quam ea , quæ Deo sunt placita prosequi non possumus , ideo duximus esse ex- communicandum , & a communione Ecclesiæ repellendum , prout excommuni- canus , & a consortio , & a communione fidelium reppellimus , separamus , donec paruerit : & auxilium præstaverit , Cedulones decernimus , & excom- municatum declarari , & denunciari , volumus , & mandamus omni &c.

Ita pronunciavi ego N. Vic. Gen.

N. Attuarius.

S U M M A R I U M .

- | | |
|--|--|
| <p>1 Judex laicus requisitus , si denegat suum auxilium est cogendus censuris , & n. 7.</p> <p>2 Monitiones contra Judicem laicum , qui auxilium dare recusat , quomodo sint concipiende , offenditur .</p> <p>3 Unica monitio pro tribus quando sufficiat , & qua forma sit concipienda , offenditur .</p> <p>4 Judicis arbitrio remittitur intervallum dierum inter unam , & alteram mo- nitionem requisitum .</p> <p>5 Monitio facta cum termino , qui nimis arctat , est nulla .</p> | <p>6 Judex laicus in quibus casibus possit suum auxilium , sive brachium de- negare , offenditur .</p> <p>8 Judex laicus denegans suum auxilium Judici Ecclesiastico , compellitur cen- suris , etiam in causis mixti fori .</p> <p>9 Judex laicus denegans suum auxi- lium pro tuenda clausura Monia- lium , excommunicationem incurrit ipso jure .</p> <p>10 Clerici non debent inservire Episcopo in officio Satellitum .</p> <p>11 Clerici in civilibus de commissione Epis- copi , possunt intimare mandata : Et Episcopus per modum defensionis gladio temporali uti .</p> |
|--|--|

E s De-